

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Correctio am
cum fonte primo

Si quis est Domini, iungatur michi.

Audiant quod Moyses
cum irascentem Deum populo cerneret,
et assumi ad ulciscendum gladios iuberet;
illos a parte Dei denuntiauit exsistere,
qui delinquentium scelera incunctanter ferirent, dicens:
Si quis est Domini, iungatur mihi;
ponat uir gladium super femur suum;
ite et redite de porta usque ad portam
per medium castrorum, et occidat unusquisque fratrem,
et amicum, et proximum suum (Exo. 32:26-27).

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.25
(SC 382, F. Rommel ed., p.432, ll.74-81).

Si ille Dei dicitur
qui ad ferienda uicia zelo diuini amoris excitatur,
prefecto se esse Dei denegat; qui in quantum sufficit,
uitam carnalium corrigere recusat.

Si ergo ille Dei dicitur
qui ad ferienda uitia zelo diuini amoris excitatur,
prefecto esse se Dei denegat, qui in quantum sufficit,
increpare uitam carnalium recusat.

Fit plerumque Deo gravior amore ardens uita
post culpam quam securitate torpens innocencia.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.25
(SC 382, F. Rommel ed., p.434, ll.93-96).

Gregorius in pastorali capitulo XLIX.

Et fit plerumque Deo gravior amore ardens uita
post culpam, quam securitate torpens innocentia.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.28
(SC 382, F. Rommel ed., p.466, ll.130-132).